

ram malas béstias, & gládus non transibit términos vestros. Persequémini inimicos vestros, & corruent coram vobis. Persequéntur quinque de vestris centum aliénos, & centum de vobis decem millia: cadent inimici vestri gládio in conspéctu vestro. Respiciam vos, & créscere faciám: multiplicabimini, & firmábo pactum meum vobiscum. Comédétis vetustíssima vétérum, & vétérá novis & superveniéntibus projiciétis. Ponam tabernáculum meum in médio vestri, & non abiciet vos ánima mea. Ambulábo inter vos & ero Deus vester, vosque éritis populus meus: dicit Dóminus omnipotens.

IN diébus illis: Angelus Dómini descendit cum Azaría & sóciis ejus in fornácem: & excússit flammam ignis de fornáce, & fecit médium fornácis quasi ventum roris flantem. Flamma autem effundebátur super fornácem cúbitis quadraginta novem: & erúpit, & incendit quos réperit juxta fornácem de Chaldæis ministros regis, qui eam incendebant. Et non tétigit eos omninò ignis, neque contristávit, nec quidquam moléstie intulit. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudábant & glorificábant & benedicébant Deum in fornáce, dicétes.

PROPHETIA V.

Léctio Daniélis Prophétæ.

IN diébus illis: Angelus Dómini descendit cum Azaría & sóciis ejus in fornácem: & excússit flammam ignis de fornáce, & fecit médium fornácis quasi ventum roris flantem. Flamma autem effundebátur super fornácem cúbitis quadraginta novem: & erúpit, & incendit quos réperit juxta fornácem de Chaldæis ministros regis, qui eam incendebant. Et non tétigit eos omninò ignis, neque contristávit, nec quidquam moléstie intulit. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudábant & glorificábant & benedicébant Deum in fornáce, dicétes.

EPIS-

EPISTOLA.

Léctio Epístolæ Beáti Pauli Apóstoli ad Romános.

FRatres, Justificáti ex fide, pacem habéamus ad Deum per Dóminum nostrum Jesum Christum: per quem & habémus accessum per fidem in grátiam istam, in qua stamus, & gloriámur in spe glóriæ filiòrum Dei. Non solùm autem, sed & gloriámur in tribulatióibus: scientes quòd tribulatio patientiam operáitur: patientia autem probatió-nem, probatió verò spem, spes autem non confúndit: quia charitas Dei diffúsa est in córdibus nostris per Spíritum sanctum, qui datus est nobis.

INFESTO

Sanctissimæ Trinitatis.

Léctio Epístolæ B. Pauli Apóstoli ad Romános.

O Altitudo divitiarum sapientiæ, & sciéntiæ Dei: quàm incomprehensibilia sunt júdicia ejus, & investigábiles viæ ejus! Quis enim cognóvit sensum Dómini? aut quis consiliárius ejus fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuétur ei? Quóniam ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt ómnia: ipsi honor & glória in sæcula. Amen.

DO-

DOMINICA I.
post Pentecosten.

Lectio Epistolæ B. Joán-
nis Apóstoli.

^{1.}
^{Joan.}
^{4. b}

Charissimi, Deus
charitas est. In
hoc apparuit cha-
ritas Dei in nobis, quó-
niam Filium suum uni-
génitum misit Deus in
mundum, ut vivamus per
eum. In hoc est charitas:
non quasi nos dilexéri-
mus Deum sed, quóniam
ipse prior dilexit nos, &
misit Filium suum pro-
pitiatióem pro peccátis
nostris. Charissimi, si
sic Deus dilexit nos: &
nos debemus alterutrum
diligere. Deum nemo vi-
dit unquam. Si diligá-
mus invicem, Deus in
nobis manet, & charitas
ejus in nobis perfecta est.
In hoc cognóscimus quó-
niam in eo manemus, &
ipse in nobis: quóniam

de Spíritu suo dedit no-
bis. Et nos vídimus, &
testificámur, quóniam Pa-
ter misit Filium suum
Salvatórem mundi. Quis-
quis confessus fuerit quó-
niam Jesus est Filius Dei,
Deus in eo manet, & ip-
se in Deo. Et nos cog-
novimus, & credidimus
charitati, quam habet
Deus in nobis. Deus
charitas est: & qui ma-
net in charitate, in Deo
manet, & Deus in eo.
In hoc perfecta est cha-
ritas Dei nobiscum, ut
fidúciám habeámus in
die judicii: quia sicut
ille est, & nos sumus in
hoc mundo. Timor non
est in charitate: sed per-
fecta charitas foras mittit
timórem, quóniam timor
pœnam habet. Qui au-
tem timet, non est per-
fectus in charitate. Nos
ergo diligámus Deum,
quóniam Deus prior di-

lexit nos. Si quis dixerit, quem non videt, quó-
quóniam diligo Deum, modò potest diligere?
& fratrem suum óderit, Et hoc mandátum ha-
mendax est. Qui enim bémus à Deo: ut qui dí-
non diligit fratrem suum, ligit Deum, diligat & fra-
quem videt, Deum, trem suum.

